



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Clemens E. M. 23. Ianuarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

sanda præbuit, modò vestibus sanctis parcerent. Tanti ille jam tunc fecit cucullum, quem heri natus ridet hodie hæreticus. Cæterùm collum pedemque communibus cum nescio quo scelerato vinculis ligatus dies noctesque velut Hilaria inter cantus solennes traduxit, ut jam ad se Cælites etiam raperet pontificali majestate & insolito splendore insignes, quos inter visus est unus aliquis odoribus (ah! qualibus?) Martyrem venerari. Igitur post altera virgarum clavæque verbera, post tibias fractas aliaque supplicia, tandem cum XL.sociis Martyrum torque, laqueo, est donatus.
Ex Surio.

Non interroges ô homo ea, quæ pateris. sed quæ Christus passus est; quanti te fecit ex his, quæ pro te factus est, agnosce. Quantò enim minorem se exhibuit in humanitate, tanto majorem exhibuit in bonitate: & quantò pro me vilius, tanto mihi charior est. S.Bern. serm. i. de Epiph.

S. CLEMENS E. M. 23.Ianuarii.

Triumphavit CLEMENS Præsul Ancyranus sub annum CCC.III. quando sub sacrificiū (ad quod alias Cælites illi panem & vinum ministrarunt) ferro cecidit. Rarò tam splendide in cælo est triumphatum. Lictores labore fessi victique innumerí præcessere. Acti ante currum tyranni, Domitianus, Diocletianus, Maximianus, aliique non unā pugnā devicti. Præferebantur virgarum, flagrorum, funium, catenarū, fustium, taurearum, securium, faxorum benè magnus numerus. Hinc culei, equuleiisque & obelisci sequebantur. Inde è ferro manus, galeæ, styli, subulæ, ungulæ, laminæ, pectines, rotæ, grabati, fornaces, omnia à flammis ignea.

Ian.
ent.
na-
pe-
rato
in-
lites
lito
ali-
rari.
era,
cum
tus.

Chri-
stus
hu-
ian-
n.i.

sub
(ad
tra-
est
in-
nni,
que
im,
im,
inc
de è
næ,
mis
nea.

23.Ian. VITÆ SANCTORVM. 53
ignea. Ostendebantur adhæc picis, olei, sulphuris
liquati & vivæ calcis vis ingens, major minarum
tyrannicarum, multò maxima blanditiarū, opum-
que frustrà promissarum. Visebantur ergastulo-
rum carcerumque simulachra. Ipsum mare capti-
vum ducebatur, & præter alias devictas urbes An-
cyra, Nicomedia, ipsa adeò Roma gerebatur, &
triumphata triumphos suos erubescet. Currunt
leones (pedes etiam triumphantis lambere edocti)
trahebant. Hunc secuta innumera turba est pilea-
ta, omnes è Deorum servitute in Christianam li-
bertatem CLEMENTIS virtute asserti. Tot cæli
cives servati totidem Servatori suo coronas porri-
gebant. addidit cælum triumphalem, Angeli
plausum, & carmina. Nos ignavi triumphos lau-
damus, & pugnas horremus. Ex Surio.

*Quisquis gaudes fortiter egisse Martyres Christi,
corripe & ipse arma inter milites Christi. desunt exte-
rius hostes? verte arma in te, & multos seditiones inve-
nies cives. Doma superbiam, jugula invidiam, extingue
libidinem, crucifige carnem tuam cum vitiis & concus-
piscientiis. B.Pet.Damian.serm.31.*

S. JOANNES ELEEMOS. 23.Ianuarii.

CUM annum ageret XV. JOANNES, misericor-
dia divina manifestâ in luce sponsam se ei
obtulit. Annuit continuò. Et ratum conjugium
Superi habuerunt, dotemque addiderunt, tam
opulentam, ut semper deinde haberet, quod in
egenos effunderet. Archiepiscopus jam Alexan-
drinus lustrum egit clientum suorum, hoc est,
pauperum, numeravitque septies mille & quin-
quaginta, quibus omnibus deinceps in singulos
dies victum subministravit. Sed nec ulli alii piam